



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Syntagma Iuris || Vniversi, Atqve Legvm || Pene Omnivm
Gentivm, Et || Rervm Pvblicarvm Præcipvarvm,||**

Grégoire, Pierre

Francofurti ad Mœnum, M.D.XCIX.

VD16 VD16 G 2999

6 de patriarcha Alexandrino.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-97739](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-97739)

ultimum Christianum Imperatorem interfecit, cum omnibus suis, & Orientale Imperium sustulit, anno 1453. *Aneas Silius, & Sabellius*. Constantinopolitanum & Trapezuntinum Imperium, 12. regna, 200. vrbes Christianis ademit, Peloponnesum & Pontum expugnauit. *Egnatius, lib. 3. Casarum, Sabell.* Vocantque nunc Turca eam ciuitatem Cæsarundum. *¶ Florente tēpubl.* Romana prætorium erat Illyricanum: cuius ditio per Thracias, Pontum, Dacias, Mysias, totamque Græciam exporrigebatur, duplici sede Metropolitanâ conspicuum, Constantinopoli videlicet & Thessalonica: Cuius secuti rationem Christiani, Patriarchalem fecerūt sedem Constantinopolim primatem apud Thessalonicam subrogantes, vt notat *Wolfgangus Lazius, lib. 2. Commentar. vesp. Rom. cap. 3.* *¶ In tē provinciali libro omnium ecclesiarum orbis. Patriarchatus Constantinopolitanus Romania dicitur: eique subiiciuntur 26. Archiepiscopatus, ex descriptione facta ecclesiarum, Pipini regis Galliarum tempore, filii eius Caroli Martelli, qui in Hispania ad Turonem 375000. Agarenorum prælio trucidauit, Paulus & Emil. 2. & Sabell. a proceribus regni Galliarum regis renuntiati in locum Childerici, circiter 900. annorum dom. 747. *Guaguin, lib. 3. Blond, lib. 10. Paulus & Emil. & alii Francia Historogra.* Alius numerus Metropolitanarum ecclesiarum, nempe 80. & Archiepiscopatum 39. recensetur in iure Orientali, lib. 2. in fine sub titulo, τὴ ἀγορά τῶν παλαιῶν κωδίκων, καὶ τῶν ἄλλων πλὴν τῶν ἐν τῷ ἔργῳ τῶν μισθολογῶν καὶ ἀρχιεπισκόπων, καὶ τῶν ἐν χριστοφολακίῳ εὐνοιαζέσασαν. Id. Sanctissimi Patriarchæ domini. de sessionis oratione Metropolitanorum & Archiepiscoporum, vt in Charto, hylacio describuntur.*

De Patriarcha Alexandrino. Cap. 6.

- 1 Patriarcha Alexandrinus vnde dicitur.
- 2 Alexandria ciuitas qua, & qualis.
- 3 Patriarchatus Alexandrinus quibus præest.
- 4 Præfatus in Alexandria Imperium accipiebat.

Alexandrinus tē Patriarcha a ciuitate Alexandria, in qua sedem habet, dicitur. *¶ Alexandria tē ciuitas est in Ægypto, Africa contermina, vt scribit Pompo Mela, lib. 1. c. 9.* Hanc verticem ciuitatum Ægyptiarum Amianus Marcellinus dixit, lib. 2. 2. ab architecto nobilissimo Dinocrete, vel vt alii legunt, apud Arrium & Strabonem, a Chinostrate, iussu Alexandri, ædificatam, Europæ totius nobilissimum emporium, quo Indicæ merces, Arabico sinu & Nili vasis fossis excipiuntur, & in omnes mediterranei orbis oras distribuuntur. De qua ciuitate etiam abunde scribunt Plinius, lib. 5. cap. 10. Strabo, lib. 17. Cornelius Tacitus, lib. 20. Diodorus Siculus, lib. 17. Egeſippus, lib. 10. Iosephus, lib. contra Apionem. Hircius, lib. 4. bellor. civil. Vitruuius, in proximo lib. 2. Solinus, cap. 35.

*¶ Itaque tē ob loci insignem laudem, & populi frequentiam, quæ eo confluit, sedes ibi posita est principalis, quæ præest: ex more approbato, can. mos antiquus. 63. dist. per Nicenam Synodum Ægypto vel Libya, & Pentapoli, que ideo Pentapolis dicta est in regione Libyca, a quinque ciuitatibus, Beronica, Arsinoe, Ptolemaide, Apollonia, Cyrene, vt auctor est Plinius lib. 5. *¶ In tē hac ciuitate etiam Alexandria, præfatus Ægypti, qui a Romano Cæsare regendam suscipiebat cum imperio provinciâ ad similitudinem præconſulis, per legem sub Augusto latam Imperium non alibi assuebat. Vlpian. in l. vnic. de offic. præf. Augustal. lib. 1. p. tit. 17.**

De Patriarcha Antiocheno. Cap. 7.

- 1 Patriarcha Antiochenus a ciuitate dicitur.
- 2 Antiochia ciuitas, Syria, que nunc Suria caput.
- 3 Prætoris orientis Antiochia sedes, eiusque ditioni subdita ciuitates.
- 4 Patriarchatus Antiochenus quibus præest.
- 5 Patriarcha Antiochenus cur dicitur Catholicus.
- 6 Catholicus præfatus prætorio Antiocheno, eod.

Antiochenus tē Patriarcha a ciuitate quoque Antiochia dicitur, vbi sedem habet. *¶ Antiochia tē Syria regionis, que nunc Suria, caput est, ab Seleuco Nicanore condita, & de patria eius nomine Antiochia appellata. Strabo lib. 13. Regio illa potens, & dum ei imperauit Semiramis potentissima. Pompon. Mela, lib. 1. cap. 11. in Syria. De hac præclara plura Procopius, lib. 1. & Bel-*

*lo Persic. ¶ Tempore tē quo Romanum integrum viguit Imperium Orientis prætorii vel Magisterii Antiochia etiam sedes fuit, cuius erat iurisdicctio supra omnes Orientis, Asiæ, vtriusque Syria, Armenia, Phœnicia, Palestina & Arabia, puincias. VVolfgangus Lazius, lib. 2. commentario. reipub. Rom. cap. 2. Dio Cassius in Adriano, metropolim Syriæ dixit, vbi erat Adrianus cum Imperator declaratus fuit. Scribit Spartianus Adrianum Antiochenses odio habuisse, vt Syriam a Phœnicie separare voluerit, ne tot ciuitatum metropolis Antiochia diceretur, *Ælius Spart. in Adriano.* verum nihil obtinuit, & ita in sua dignitate perseuerauit, dignaque visa est sede Patriarchali.*

¶ Subiiciuntur autem ei in libro Provinciali ecclesiarum 133. 4 ecclesiæ cathedrales, Archiepiscopatus autem 12. ¶ Dicitur tē hic Patriarcha sacrosanctæ ecclesiæ Antiochenæ Catholicus, apud Procopium, sicuti & qui prætorio eius antea præferebatur, Catholicus nominabatur. Guillelmus Tycius scribit suo tempore sub Antiocheno Patriarcha fuisse 13. Archiepiscopatus, quos nominat, & cuiusque episcopatus. lib. 14. belli sacri, c. 12.

De Patriarcha Hierosolymitano.

C A P. 8.

- 1 Patriarchatus Hierosolymitanus a ciuitate dicitur.
- 2 Hierosolyma ciuitas qua, & quare ita dicta.
- 3 Hierosolymitanus Patriarchatus quando constituitur.

Hierosolyma, tē ex qua Patriarcha titulum accipit, est Iudeæ tē ciuitas totius orientis clarissima. *Plinius lib. 5. cap. 14. ¶ Quæ tē & Hierusalæ vocatur, quasi ἱερὺ, id est, templum Salomonis, Eusebius lib. 9. de preparation. Euangel. cap. 4. inibi enim templum sanctum, fama & gloria præstans, Rex Salomon ædificari curauit, c. 2. Paralip. c. 3. & 7. Iosephus lib. 6. de bello Iudaico. cap. 5. & contra Apionem. illustriore reddita, morte & sepultura saluatoris Domini nostri Iesu Christi: & insigni clade, quæ ei in vindictam tanti sceleris illata fuit sub Vespasiano, vide Hegeſippum. postquam & iterum fuit Adriani iussu habitata, & deinceps ab eodem multis caedibus ob contumaciam Iudeorum oppressa. Xiphilinus ex Dion. in Adriano. ¶ Et tē quamuis ex Sion exierit lex, & verbum domini de Hierusalæ, Iesaja 2. tamen Provincialis liber omnium ecclesiarum annotauit, monumenta veterum, quæ non modicam habent auctoritatem apud Palæstinos maxime, & Græcos, Hierosolymitanam ecclesiam vsque ad tempora Iustiniani Angusti episcopum habuisse nulla vel modica dignitatis prærogatiua. Imperante autem illo principe congregatam fuisse synodum generalem Constantinopoli, sub Vigilio Pap. & Elicio Constantinopolitano Patriarcha, & Apollinario Patriarcha Alexandrino, & Eustachio Patriarcha Antiocheno: & in illa, inter alia placuisse honore Patriarchali donandam sedem Hierosolymitanam. Et quia ciuitas inter fines & limites erat Patriarchatum Antiochiæ & Alexandriæ, nec illi essent sufficienter episcopi suffraganei, ex comuni omnium consensu, ab utroque Patriarchatu vicino placuit etiam decerpere, & vt in formam patriarchatum aliorum ille ordinaret ecclesiis sibi subiectis. Quæ omnia sumta sunt ferre ad verbum ex Guillelmo Tyrio Patriarcha Hierosolymitano, qui & describit nominatim archiepiscopatus & eorum suffraganeos, lib. 14. Sacri belli. cap. 11.*

De Patriarchatu in genere. Cap. 9.

- 1 Patriarcharum Senatus qualis.
- 2 Eusebii. Episcopi Patriarcharum qui, eod.
- 3 Patriarcha electio ad quos pertinet.
- 4 Patriarcharum electionem confirmat summus Pontifex, vel eius legatus.
- 5 Confirmatio electionis Patriarchæ primatum exentorum summi est Pontif. eod.
- 6 Episcopatus usurpati ab Agarenis. Sebaste, olim Samaria.
- 7 Episcopatus in nonis in suis.
- 8 Patriarcharum insigne, pallium, crux, & priuilegia.
- 9 Crux quando & vbi non potest præferri Patriarchæ, eod.

Quemadmodum tē summi Pontifices Romæ Senatorum loco Cardinales habent, sic & Patriarchæ habent in concilio quosdam episcopos, qui non subiiciuntur cuiuspiâ Metropolitanæ, sibi familiares & suffraganeos, semper adstantes, quos Græci vocant Eucillos, em Provincialium omnium ecclesiarum dum agitur de Hierosolymis. Patriarch. dicitur enim Græci, ἐκκλησιαρχὸν, stantes sine motu, quiet. 5.